



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-764635-p0001-1

DFG







1767.

Worke, Michael Turpens. Testitiae ac auctoritas  
canonis. Ubi rem meam invenio, ibi vindico.

1768.

1. Geiger, Joannes Burcardus: De substituti substituto  
et § 3. I. de vulg. substitutis. 127. et pr. l. 41 D.  
de vulg. et pupilli. substit.

2. Rudolph, Joannes Christopherus: De Transplantatione  
substitutionum in locum emigrationis vel expulsioneis  
religionis causa non substituenda.

3. Simon, Joannes Baptista: De donationibus contra-  
verris nec non quaestione: an simplex depositio  
instrumenti donationis acquirenderat insinuationem?  
punctus decisa.

1769.

Zindel, Joannes Christianus: De feminis ecclesiasticis,  
qua orationem magis pro capere modo numeri juris.

professorio publico extraordinariis ... recitandum  
intendat.

1770.

1. Kraus, Gottfried Ludovicus : De feudo alienabili:
2. Massius, Christianus : De conventionibus ob certa  
ac vera damnata inde metuenda inserviis.
3. Mayer, Lazarus Gottfried : De singularibus proba-  
tionis per inspectionem ocularem magis determinan-  
tatio?
4. Wernerius, Math. Gottfrid : De ces errorum Brech-  
meriarorum in doctrina de lege Falociâ et fidei-  
communis obviis.

1771.

1. Gislerius, Cas. Henr. : De interpretatione pacis  
Westphalicae commentatio I orationi ad hanc i. . .  
praemissa.

2. Geilerus, Cas. Henckas : De gravaminibus religiosis  
auctoritate judectorum. imp. foliatis.

1773.

1. Geilerus, Cas. Henckas : De hypotheca sacrae domini  
ex causa canonis emphentebris.

2<sup>a</sup> Jenker, James Georgius : De principiis burgessiorum  
Norimbergensium dignitate communique Territorio  
ante Rudolphinam investitam de anno 1273  
commentatio I & II I Obs.

1775.

1. Ussener, Card. Fridericus : De integritate principi  
orum supremi utriusque imperii urbani  
in causis alienorum . . . quibus synaptis linois  
rationem ostendit . . . indicat.

2. Ussener, Card. Fridericus : De iuriis stabulariorum  
variantum retorsional etiam tunc fundata, si  
acto secundum illa exercitus non praecesserit.

1777

Henne, Rud. Christ: *Nemodo friendi aetatis  
inram, per impetratam veniam.*

1788.

Henne, Rud. Christ: *No exceptione ad iuris certi per-  
nente plane innoti*

Pri. 51. Pm. 33.

1. 2

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**S V B S T I T U T I  
S V B S T I T U T O**

AD §. 3. I. DE VVLG. SVBSTITVT. L. 27. ET PR. L. 41. D.  
DE VVLG. ET PVPILL. SVBST.

---

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**F R I D E R I C O C H R I S T I A N O**  
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE  
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI REL. REL.


P. 280.  
CONSENSU ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRO LOCO  
IN EODEM RITE OBTINENDO  
D. OCTOBR. MDCCCLXVIII.  
PVBLICE TVEBITVR  
PRAESES  
**D. IOANNES BVRCARDVS GEIGER**  
IVR. P. P. ORD.

CVM RESPONDENTE  
**IOANNE MARTIN**  
VLMENSI.



ERLANGAE  
EX OFFICINA WOLFGANGI WALATHERI.





DE  
**SVBSTITVTI SVBSTITVTO.**

ad §. 3. J. de vulgari Substitut. L. 27. et pr.

L. 41. ff. de vulg. et pupill. Substitut.

---

C A P . I.

DE SUBSTITUTIONIBVS IN GENERE.

§. I.

ROMANORVM legibus, inter eas, quae quot*materiae de*  
die in foro occurunt, doctrinas contineri Substitutio-  
permultas, intellectu admodum difficiles et nobis dignas et willi-  
spinosas, in eo convenienti omnes Latii iu-  
ris commentatores. Verum enim vero, si quid in  
vniuersa eorum disciplina legitima, subtile et difficile iu-  
re merito dicendum videtur; dubito valde, annon sub-  
stitutionum materiam, in curiis frequentissimam, ne di-  
cam primo loco ponendam, saltem inter intricatissimas  
referendam putem. Nolo doctrinae de substitutionibus  
A  
utili-

utilitatem multis euhere encomiis. Innumerac interim sunt Pragmaticorum subtilitatis et continui usus huius materiae commendationes, innumerae quoque de difficultate, qua eadem interdum laborat, querelae. PAVL. LEONIVS *in tract. de Substitutionibus Prael. n. 1. insert.* Tract. Tractatum. T. VIII. P. I. p. 277. Nullus dubitavit ICtus haud incelebris MANZIVS *in Commentario ad rubr. f. de vulgar. Substitut. n. 6.* cum OSTERMANNO et WESENBECCIO affirmare, tantam esse huius materiae subtilitatem et altitudinem, vt compendiaria interpretatione exauriri non possit, et esse sicut mare Anglicanum, in quo sunt reptilia sine numero. Frequentiam substitutionum vero testantur tot lites hanc ob caussam ventilatae, tantus scriptorum ad hanc materiam illustrandam compositorum numerus. Egregie enim falluntur WESENBECCIVS *in paratil. ff. de vulg. et pup. subst. n. 9. in f. et* GVDELINVS *de iure novissimo L. II. Cap. V.* quorum ille substitutions ab vnu nostrorum iudiciorum remotissimas esse simpliciter contendit, hic autem mores nostros pupillarem substitutionem non agnoscere statuit, ab aliis iam fatis superque refutati. Materiae de substitutionibus dignitate et utilitate motus, et ego ad quandam eius partem commentari necum constitui. Prae aliis haud displicuit regula Doctorum vulgaris, *quod substitutus substituto sit etiam substitutus insituro*, quae ita mihi comparata videbatur, vt adhuc quaedam ad plenorem eius intelligentiam factura, in medium proferri possint. Quae vero vt rite procedant, nonnulla de substitutionum origine, caussis, definitione et divisionibus ad sequentem tractationem facilioriem reddendam, sunt praemittenda.

§. II.

## §. II.

SVBSTITUTIONVM origines, vt par est, indagatu-  
ris diuersae et potiores harum species omnino sunt sepa-  
randae. Eas enim neque uno tempore, neque eodem  
modo inualuisse, certo est certius. Quod primo VVL-  
GAREM, quam vocant, SVBSTITUTIONEM attinet, eam  
ex Legibus XII. tabularum ortam esse, communiter sta-  
tuunt Doctores. CVIACIVS Observ. Lib. VII. Cap. VI.  
HEINECCIVS in *Syntagmate antiquitatum romanarum iu-  
risprudentiam illustrantium*. Lib. II. Tit XV. §. 2. not.  
a. MADIHN in diss. de vera indole substitutionis pupil-  
laris, §. 3. aliisque plures. Sed in alia omnia ivit EVERH.  
OTTO, qui in *Comment. ad tit. f. de vulgari substit.*  
eandem a ICtis inuentam esse contendit. Facillimo ne-  
gotio contrarias has opiniones conciliari posse putamus.  
In ipsis duodecim tabularum legibus nec volam nec  
vestigium substitutionum occurrere extra dubitationis  
aleam possum est. Largiuntur autem istae leges am-  
plissimam testandi et haeredes instituendi facultatem.  
Quid enim benignius lege ista: *Pater familiæ vii le-  
gasset, super pecuniae tutelæve suæ rez, ita ius esto:* de  
qua etiam POMPONIVS l. 120. ff. de verb. signif. ait,  
verbis eius latissimam potestatem tributam videri haere-  
des instituendi. Quum itaque Romanorum facultas haer-  
edes faciendi, quoad numerum eorum, nullis limitibus  
circumscripta fuerit, optima ratione legem generalem,  
illimitatam testamenta condendi potestatem, illis conce-  
denterem eosque extendere atque interpretari potuerunt,  
vt, praeter haeredes institutos, ne testamenta defitue-  
rentur, plures, substituerint testatores. Iam vero ex  
historia iuris romani constat, legum interpretationem, ea-  
rum præcipue, quae XII. tabulis inscriptæ erant, ICto-  
rum fuisse spartam eosque istas leges, si, quod saepius

accidebat, brevitate laborare viderentur, interpretando ad casus non comprehensos extendisse. Conf. si operae pretium videatur, *Progr. nostr. de origine et fatis 1Ctorum romanorum* §. 5. 11. 12. Quae quum ita sint, verisimile omnino videtur, hanc quoque explicationem a 1Ctis profectam esse talique pacto substitutionem ab iisdem esse inuentam. Quia vero fundamentum interpretationis et rei inuentae in Legibus XII. tab. positum est, hoc respectu, substitutionem ex Legibus XII. tab. ortam esse, afferi potest; et vt quod sentiam uno verbo expediam, occasionem substitutionis introducenda praebuerunt legum XII. tab. dispositiones, de potestate Romanorum, testamenta condendi et haeredes instituendi, ipfae substitutiones inuectae sunt a Legum prudentibus. Progredimur ad alteram substitutionis speciem, puta PUPILLAREM. De cuius origine *VLPIANVS l. 2. ff. de vulg. et pupill. substi.* refert: „*Moribus introductum est, vt quis liberis impuberibus testamentum facere possit, donec masculi ad quatuordecim annos perveniant, foeminae ad duodecim*“ cui adstipulatur Imperator pr. I. de pupill. substi. „*nam moribus, inquit, institutum est, vt quum eius aetatis filii sint, in qua ipsis sibi testamentum facere non possint, parentes eis faciant*“ Vtrique in eo convenit, moribus invaluisse Substitutionem pupillarem. Sed quid per mores istos intelligendum sit, non satis expeditum est. Mittimus Glossatorum errores, qui sub morum appellatione Lacedaemoniorum iura latitare putant, quos abunde refutavit *ZASIVS in tract. de substitution.* Cap. 20 n. 6. Dispicet quoque *VULTEII* opinio, cui in *Commentar. ad Institut. p. m. 317.* substitutio nostra ideo moribus introducta dici videtur, quia etiam ius patriae potestatis, cuius effectus est ius pupillariter substituendi, moribus introductum audit. l. 8. ff. de his, qui sui vel alieni

*alieni iuris sunt.* Quamplurimi Doctorum ex Ic-  
tibus adductis colligunt substitutionem pupillarem ex IC-  
torum Romanorum fori disputatione originem duxisse.  
**OTTO ad pr. J. de pupill. substir. BRVNQVELL in bistor.**  
*iur. romano germanici, P. I. Cap. IV. §. 9.* hac fine  
dubio suffulti ratione, quod saepius in legibus nostris ICto-  
rum responda et quea in illis introducta sunt iura noua,  
sub nomine iuris consuetudinarii, consensi recepti, iuris,  
quod sine scripto venit, receptae sententiae, *moris &c.*  
occurant. Exempla habes in *I. 10. ff. de iure codicill.*  
**pr. J. de acquisit. per arrogat. I. 2. §. 5. ff. de O. I.** Ne-  
gat vero haec omnia *III. MADHN* in diss. sua supra al-  
legata contendens, pupillarem substitutionem ex *LL. XII.*  
tab. ortam esse; quia dictae leges *familiae et rei sue*,  
de quibus Paterfamilias legare possit, mentionem faciunt  
et praeterea liberi a parentibus rebus suis accensebantur.  
Distinguendum, quod nostram qualcumque senten-  
tiām concernit, iterum esse putamus inter substitutionis  
pupillaris occasionem et ipsam originem. Lubenter con-  
cedimus, occasionem immo fundamentum huius substi-  
tutionis in dispositionibus legum duodecim tabularum,  
quibus latissima testatoribus haeredes instituendi permittit  
facultas et quibus patria potestas roboratur, esse  
ponendum. **HEINECCIVS libr. cit.** Exinde tamen non  
sequitur, ex iisdem Legibus etiam substitutionem pupilla-  
rem natam esse. Multa occurunt iuris capita, quo-  
rum fundamentum in Legibus decemviralibus constitu-  
itur, quae tamen vel iis longe antiquiora, vt patria po-  
testas in liberos, vel demum post eas promulgatas inter-  
pretatione prudentia inventa sunt. Exempla in me-  
dium protulit **BRVNQVELL libr. cit. P. I. Cap. IV.**  
Quicquid sit, nondum a me impetrare potui, vt ab Imperatoris et **VLPIANI** opinione recedens pupillarem  
substitutionem immediate ex Legibus duodecim tabula-  
rum

rum ortam esse adstruam. Perinde interim est, siue cum Doctoribus supra allegatis hanc speciem ICtorum inuentioni tribuamus, siue simpliciter iuri non scripto ius originem debere dicamus. Hanc nostram Substitutionem constitutione Divi MARCI et VERI approbatam esse, arbitrantur MANZIVS ad Inst. p. m. 494. et MYNSINGERVS in Comment. ad tit. I. de pupill. substit. hac in cauſa provocantes ad pr. l. 4. ff. de vulg. et pupill. substitut. Sed insipientibus legem ipsam statim patet, utrumque Imperatorem id tantum voluisse, vt, cum patet impuberi filio in alterum casum substituiffet, in utrumque casum substituisse intelligatur, confirmationis autem factam quidem mentionem omnino esse nullam. SCHILTER Exercit. ad Pand. 38. §. 88. MADIHN alleg. diff. §. 11. vbi praecipuas mutationes circa substitutionem pupillarem ex Legibus recentioribus adfert. Substitutionis QVASI PVPILLARIS auctorem agnoscimus Imperatorem nostrum IVSTINIANVM. Exstat eius constitutio l. 9. C. de impub. et aliis substit. et §. 1. I. de pupill. substit. Licet enim iam ante tempora Imperatoris nostri haec substitutione innouerit, siquidem ex pr. l. 43. ff. de vulg. et pupill. substit. patet principes interdum non nullis patribus familias veniam concessisse liberis mutis et furiosis substituendi, indubitatum tamen est, IVSTINIANVM hanc substitutionem in hodiernam formam qua iuris regularis et communis est redigisse eamque omnibus ascendentibus permisisse, adeo, ut singulis non opus esset peculiari concessione. VNNIVS ad Instit. p. m. 409. Ex iis, quae de substitutionum origine hue usque a nobis prolatas sunt, liquet solos Romanos eorum esse auctores. Germanis substitutiones demum cum ipsa iuris romani receptione innoteſcebant. Cessabant nimis apud nostrates omnes istae cauſae, quae Romanis substitutions necessarias atque acceptas faciebant

bant quas quidem sequente s̄pho indicabimus. Non mirum  
itaque, eos substitutionum materiam ipsam proorsus igno-  
rasfē. HEINECCIVS in *Element. Iur. Germ. T. I. Lib.*  
*II. Tit. VIII. §. 208.*

## §. III.

FREQVENTISSIMAS apud Romanos fuisse substitu-  
tiones dubitare nos non sinunt et legum et auditorum ve-  
terum testimonia innumera. Iam in eo versamur, vt  
caussas huius frequentiae indicemus. Ac primo quidem  
loco tenendum est, Romanos fuisse conservandorum te-  
stamentorum studiosissimos. Quam ob rem testamentis  
conficiendis adhibebant ICTOS, plures tabulas eodem  
exemplo faciebant easque summa cura custodiebant multi-  
isque aliis, ne quid ad ultimarum voluntatum validitatē  
pertinens omittentur cautelis vtebantur. HEINECC.  
*Antiq. roman. Iurispr. illustrat. L. II. Tit. X. §. 8. Jqg.*  
Ne itaque testamenta corum destituerentur, si haeres in-  
stitutus aut noluerit haereditatem nimis forsan obaera-  
tam adire, aut morte aliamue ob caussam impeditus non  
potuerit, plures praeter illum haeredes substituebant.  
Alia erat cauſia, ne testamento destituto, testatoris bo-  
na, invito eo ad haeredes ab intestato vel etiam sūcum  
peruenirent. Tetsis est Imp. IVSTINIANVS, qui pr. C.  
de caduc. toll. ipſis testamentorum conditoribus, ait, ac  
grauiſſima caducorum observatio viſa eſt, ut et SVBSTITU-  
TIONES introducerent, ne fierent caduca. Accede-  
bat practerea ratio grauiſſima, ne ſaera privata interi-  
rent. Dici vix potest, quant opere ſacrorum domesticorum  
conſervatio Romanis curae cordique fuerit. Patet hoc  
ex lege iſta notiſimia: SACRA PRIVATA PERPETVO  
MANENTO: et illo CICERONIS qui *Libr. II. de Leg.*  
*Cap. 19. De ſacris*, inquit, *haec ſittuna ſententia*, ut  
con-

conseruentur semper et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege posui, perpetua sint sacra hic posta. Haec iura Pontificum auctoritatem consecuta sunt, ut ne morte patris familias sacrorum memoria occidet, et iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia venerit. Hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis, innumerabilia nascuntur, quibus impletur ICIorum libri. Quererunt enim, qui adstringantur sacris: Haeredum causa iustissima est. Nulla enim persona, quae ad vicem eius, qui vita emigraverit, proprius accedit. Deinde qui morte testamento eius, tantundem capiat, quantum omnes haeredes. -- Tertio loco, si nemo sit haeres, is, qui de bonis, quae eius fuerant, quum moriturus, acceperit plurimum possidendo. Quarto, si nemo sit, qui ullam rem cepirit, de creditoribus eius, qui plurimum servet. Extrema illa persona est ut is, qui ei qui mortuus sit, pecuniam debuerit neminique eam soluerit, perinde habeatur, quasi eam pecuniam acceperit. Ad modos familiarium penates conseruandi praecepue vero pertinuit, haeredes et testamentarios et ab intestato vocatos eiusmodi sacris adstrictes eaque, titulo saepius oneroso, si lucrum haereditarium capere voluerint, retinere coactos fuisse. vid. Cel. SCHWARZII diss. de *sacrorum detestatione* §. 5. 6. Quae quum ita sint, ne repudiata ab instituto haereditate et cessantibus forte successoribus legitimis, testatori desint haeredes, sacrorum gentilitiorum conservatores, substituendo cauebant. CONRADI *Pareg.*

**L. II. N. 1.** Neque hoc silentio praeterendum est, Romanorum substitutiones etiam in gratiam creditorum factas fuisse, ne, defuncto obaerato desit haeres creditoribus satisfacturus. TITTEL in diss. de *substituto vulgari per institutum adeuntem non excluso et non adeuntem excluso.* Sec. I. §. 1. Omnes enim mouebant lapidem Quirites, ut debita soluerentur, ne iniuria affi-

afficiatur defunctus. §. I. quibus ex cauſſ. manumittit.  
non licet. Quid? quod nonnullos gloriae aestus ad ſubſtituendum alliciebat. Sic de Auguſto TACITVS refert  
*Annal. L. I. cap. 8.* „Tiberium et Liviām haeredes  
habuit. Livia in familiam Iuliam nomenque Auguſtæ  
adjuvabat. In ſpem ſecundam nepotes pronepo-  
teque: tertio gradu primores civitatis ſcripſerat ple-  
roque inviſos ſibi, ſed iactantia gloriaque ad poſte-  
ros“ En vulgaris ſubſtitutionis cauſſas! Pupilarem  
quod attinet, hac vtebantur parentes, ne impulberes  
vel mente capti liberi intefſati decadant, vii ipfe innuit  
Imperator pr. et §. I. I. de pupil. ſubſtitut. Accedebat  
et alia ratio, nimirum, vt celato ſucceſſore, eo facilius im-  
muſes effent liberi ab agnatorum inſidiis, quibus alias  
expofiti erant quam plurimum. VINNIUS ad *Inſtitut.*  
p. m. 409.

## §. IV.

PROGREDIMVR ad ſubſtitutionis definitionem. Eſt  
autem ſubſtitutionis significatus in legibus nostris obvius Subſtitutionis definitionis rei  
vel latior vel ſtrictior. In latiori ſubſtitutio eſt rei  
cuiusdam vel personae in locum alterius ſublocatio vel  
furrogatio. BESOLDVS *Thes. Iur. Pract. art. Nach*  
*Erbſatzung.* BRISSONIVS de Verborum Significatione  
voc. Subſtitutio. Sic §. 38. I. de rer. diviſ. vſufructua-  
rius dicitur loco vinearum demortuarum, alias ſubſtitue-  
re debere L. 39. §. 11. ff. de administrat. et peric. or-  
dinis ſubſtitutionis iu tutela mentionem facit. Nec mi-  
nuſ L. 45. §. 13. ff. de iure fisci conductori vetat olivas  
caeterasque arbores pomiferas caedere, non ſubſtitutis  
aliis. L. 6. C. de legat. ſubſtitutio legatario facta  
occurrit. In fenſu vero ſtrictiori et per excellen-  
tiam ſic dicto ſubſtitutio eum tantum actum denotat,  
qui in ultimis voluntatibus circa haeredis institutionem

B

ver-

verfatur. DVARENVS in *Tit. de vulgari et pupillari substitutione. Cap. I. in Oper. Ej. p. m.* 495. Est autem substitutio, proprie sic dicta, definitibus MODESTINO, et PAVLO institutio haeredis vterioris in locum primi. *L. 1. pr. l. 43. §. 2. ff. de vulg. et pup. subst.* Addunt nonnulli ICTI, deficientes. Sed male. Nam hoc modo definitionem suam angustiorem faciunt definito atque excludunt et pupillarem et fideicommissariam substitutionem. COCCEIVS in *Iure Civ. Controv. T. II. p. 279.* Quae quidem incommoda nostra definitione caute vitantur. Quum enim omnis substitutione nulla alia mente fiat, quam ut sit institutio conditionata, deinde in quacunque substitutionum specie, modo non sit impropria, haeres institutus necessario adesse debeat, cui vel post aditam haereditatem vti in pupillari et fideicommissaria, vel quando sine ulla additione deficit, ceu in vulgari unus vel plures alii substituuntur ideoque omnes isti substituti in locum primi veniant, nulla ratione videmus, quare de definitione nostra querimonias iactare aut eam non omnes substitutionum species continere aliquis dicere possit. Conf. DVARENVS loc. cit. et GIPHANIVS *Antinomiar Jur. Civ. Disp. 17. p. 237 sqq.*

## §. V.

DIVISIONES substitutionis nostrae alii plures, alli a) in di-pauciores agnoscunt ICTI, cuius rei vel solo LEONIO rectam et teste vtar, qui septem species enumerare nullus dubitabit. Nostrum hic non est, omnes istas, quae de substitutionum speciebus earumque numero agitantur lites, componere neque etiam temporis et instituti ratio patitur, num satis fundatae sint, nec ne, praetensae istae diuisiones curatus inquirere, quare potiores tantum diuisiones enarrabimus. Primaria substitutionis divisio est

est ea, quā in *directam et obliquam*, seu *fideicommissariam* dispescitur. Illam definimus, quod sit actus mortis causa, quo substituens de haerede vteriori in locum deficientis primi et interdum de patrimonio liberorum suorum iure testamenti factionis destitutorum prospicit. Hac autem intelligimus substitutionem cum iure succedendi instituto adeunti, iuxta ordinem praescriptum. In illa Romani verbis directis, in hac obliquis vtebantur. Fundatur haec distinctio in l. 57. ff. §. 2. ad *Senatusc. Trebell. l. 6. C. de institut. et substitut. et l. 5. C. de impub. et aliis substitut.* In prima enim lege substitutionis in fideicommissio factae directis verbis mentio iniicitur; in altera lege ea omnia, quae de pupillari substitutione constituantur ad fideicommissaria extenduntur; ultima vero directae substitutionis meminit. Si autem quaedam substitutio directa vocatur, necesse est, vt alia adsit, quae directa appellari non possit. Quilibet facile intelliget, potissimum olim discrimen inter utramque substitutionem pristinam illam verborum, quibus Romani testatores in condendis vltimis voluntatibus vtebantur, directorum et obliquorum differentiam absolvisse. Haeredum subordinationes a testatore imperatiuis verbis factae, substitutiones directae, precatiuis autem constitutae, obliquae siue fideicommissariae audiebant. In fideicommissis enim opus erat verbis precatiuis, quo magis illa primis temporibus ab omni legum auctoritate et auxilio destituta; in fraudem legum testamentiarum inuenta et soli haeredum pudori et fidei relista fuerunt. §. 1. *J. de fideicommiss. haered.* Verum enim vero, quam iam ab AVGVSTO Imperatore testamentorum auctoritas fideicommissis applicata fuerit posteaque CONSTANTINVS Iunior formalium solemnitates sustulerit, l. 1. C. de form. et impet. aet. subl. ac demum IVSTINIANVS omnem verborum directorum et precatiujorum

B 2

diffe-

differentiam cessare iussit. *I. 2. C. commun. de legat. et fideic.* prono alueo fluit, sublato hoc discrimine, quoad formulas verbaque substituendi diuisionis nostrae, nul- lum hodie amplius supereesse vsum practicum, licet aliquin differant omnino. *BOEHMER Introd. in Ius Di- gefor. L. 28. T. 6. §. 3.* Progredimur ad alteram substi-

b) in ordi-  
nariam et  
extraordi-  
nariam il-  
liisque in  
vulgarem et  
pupillarem.

dinariam s. privilegiatam, quae nobis militaris est.  
*BERGER in Oeconomia Iuris L. II. Tit. IV. §. 18.* Sub-  
stitutionem, quam vocamus ordinariam iterum dispes-  
cimus in *vulgarem et pupillarem*. Fundamentum huic  
diuisionis in ipsa causarum diueritate ponendum, ob-  
quas substitutiones fieri solent. Aut enim causa substi-  
tutionis ab ipso substituente eoque solo proficiscitur,  
quod v. g. intestatus decadere nolit, aut substituens praeterea et liberorum suorum rationem habet illisque, si  
impubertate aut animi vitio quominus testamenta face-  
re possint, impediantur, haeredem instituit. Prior *vul-  
garis*, posterior *pupillaris* substitutio vocatur. Illam ip-  
fe Imperator pr. *J. de vulg. subft.* ita describit, quando  
quis in testamento suo plures gradus haereditum facit, vt-  
puta, si ille haeres non erit, ille haeres esto. Haec  
sumitur in dupli significanti, vel latiori, quando exem-  
plarem simul comprehendit, vel strictiori, quo inpraef-  
tentiarum vtentes eandem definimus, quod sit testamen-  
tum patris secundum, quo vi sua potestatis de haere-  
ditate liberorum im puberum suam haereditatem adeuntum  
eorumque vniuerso reliquo patrimonio in eum casum  
disponit, si in impubertate decadant. Qualis inter vul-  
garem et pupillarem substitutionem intercedat differen-  
tia, tam intuitu substituentis, quam illius, cui substitui-  
tur et termini, ad quem substituitur, docet *LVDOVICI*  
*In Vnu pratico distinct. iurid. Lib. 28. Tit. 6. Distinct.*  
*I. Quum porro auctoritate pr. l. 4. ff. de vulg. et pupill.*  
*sub-*

*substitutus*. confit, ex constitutione D. MARCI et VERI vtramque substitutionem ita esse coniunctam, ut vna alteri tacite inesse debeat, adeo, vt vulgaris expressa tacitam pupillarem et vice versa pupillaris expressa tacitam vulgarem contineat, Doctores vtramque substitutionem et vulgarem et pupillarem in *expressam* et *tacitam* dividunt. HEINECCIVS Element. Iur. Civ. secundum ordinem Pandect. P. V. §. 49. Fingunt praeterea tertiam substitutionis speciem, quam RECIPROCAM, five mutuam, nec non *breuiloquam*, si vna verborum complexione fiat, vocant. HOPP. Comment. ad Inst. p. m. 409. Consistit autem haec substitutio in eo, vt cohaeredes vel substituti inuicem substituantur. BRISSEONIVS de formulis et solennibus populi romani verbis L. VII. N. 35. Sed re proprius considerata, non noua species est haec substitutio. Aperte enim Imperator §. I. J. Et plures, inquit, in vnius locum possunt substitui, vel vnu in plurim, vel singuli in singulorum, vel in vicem sibi, qui haeredes instituti sunt. Interim inficias ire nolumus, peculiarem virtutem et singulares effectus esse modi huius cohaeredes inuicem substituendi. vid. SCHNEIDEWIN ad Inst. p. m. 564 sqq. CARPOV Iurispr. Rom. Germ. forens. P. III. Const. VIII. Definit. XI.

## §. VI.

PATREM FAMILIAS liberis suis ob duplicem ratio-<sup>c)</sup> in veram hem substituere posse, iam antecedenti *Spho* monuimus, et quasi pu-  
Quod si haec substitutio facta sit ob impubertatem libe-<sup>pillarem,</sup>  
rorum, qui testamentis ab ipsis condendis impares sunt,  
in specie appellatur *vera pupillaris*. Si autem pater libe-  
ris iustam quidem aetatem habentibus, animi autem cor-  
porisue vitio laborantibus, aut a magistratu propter me-

tum, ne furiosum rerum suarum exitum faciant, prodigorum nota insignitis eamque ob causam, quo minus testamenta faciant, impeditis, haeredem subordinet, talis substitutio *quasi pupillaris*, et ab auctore suo Iustiniano, *Iustinianea*, nec non, quia ad exemplum pupillaris inuenta est, *exemplaris* vocatur. Licet in quamplurimi momentis conueniant vtraque substitutio, nihilominus hanc ab illa haud uno nomine distare deprehendimus. Primo enim differunt ratione personarum, qui tali pacto substituere possunt. Non enim vti in pupillari, solus pater, sed etiam mater quasi pupillariter substituit. *l. 9. C. de impar. et aliis substitut.* Neque etiam quemcumque substituere potes, sed si liberi mentis impotes descendentes habeant, horum, postea ascendentium iisque deficientibus, collateralium pro eo, quo quisque ab intestato succedit ordine, ratio habenda est, quod securus in pupillari substitutione. Deinde in exemplari substitutione aetas ratio non habetur, vti in pupillari; nam et adultis substitui potest. Praeterea intuitu fundamenti adest etiam discrepantia. Pupillaris enim fundamentum est patria potestas, quasi pupillaris autem amor parentum erga liberos praesumptus. Denique pupillaris adueniente pubertate, exemplaris contra sanitate fecuta expirat. *l. 14. ff. de vulg. et pupill. subst. l. 9. C. de impar. et aliis substitut.* ROLANDINVS de testamentis et ultimis voluntatibus. Rubrica 25. n. 3. LUDOVICI Dist. iurid. Lib. 28. Tit. 6. Dist. 2. Quod reliquum est, vel me non monente, quilibet intelligit exemplarem substitutionem aliam esse expressam, aliam tacitam. Si enim conditione, si filius non restitueretur, munita est, expressa vocatur. Quatenus autem sub vulgari vel pupillari continetur, tacita appellatur. HOPP. ad Institut. p. m. 415.

§. VII.

## §. VII.

RESTAT ultima substitutionis species, videlicet *militaris*, quae est substitutio a milite ex privilegio eius substitutio. contra substitutionum leges concessa, facta. Insignia profecto milium romanorum fuerunt circa testimenti factionem privilegia, illis siue in procinctu, siue extra eundem essent, partim liberae rei publicae temporibus concessa, partim postea, Iulio Caesare praecente, ab Imperatoribus Tito, Domitiano, Nerua et Traiano aucta atque extensa. *pr. l. i. ff. de test. milit.* HEINECCIVS in *Histor. iur. rom. Cap. IV.* §. 237. 249. BACH *de lebus Trajani. pag. 190.* Vi horum privilegorum a legibus testamentariis erant soluti et liberrima de rebus suis disponendi gaudebant facultate. HEINECCIVS in *Antiq. rom. p. m. 446.* Mirum itaque non est, eos etiam, quoad substitutiones singulari iure praeditos esse ideoque substitutionem ab illis profectam *privilegiatam* vocari. Privilegia autem militum quoad ius substituendi huc redeunt, quod partim, sine praevia haeredis institutione partim omnibus successoribus, quounque etiam modo qualique tempore defecerint, substituere valeant. *l. 15. et 28. ff. de vulg. et pupill. subst. LUDOVICI libr. cit. Dist. III.*

## C A P. II.

## DE SUBSTITUTI SUBLICITATE.

## §. I.

SUBLICITATIS causae potissimum ad hunc finem Substitutus comparatae sunt, ut haeredes ab intestato exclude-substituto rentur ipseque substituens non intestatus decederet. (§. quis? III. cap. antec.) Hinc plures haeredum classes constituta, pluresque Successores a testatoribus sibi invicem ita sub-

sūbordinātī, vt, vno deficiente, alter in eius locum sūcedat. Nimirum, vt scopum propositum haeredes legiti-  
mos excludendi eo facilius consequerentur, non vno sed  
pluribus substitutis successoribus opus esse quilibet facile  
perspiciet. Fac enim substitutum vnicum ante institu-  
tum decedere posteaque repudiare haereditatem institu-  
tum. Quid eueniet? Irritum profecto erit testamentum  
et procul dubio haereditas ad eos perueniet, quos arcere  
voluit testator quam longissime. Verum ipsa vterio-  
rum substitutorum succēsso neutiquam dubii carere vi-  
detur. Si testator substitutum secundo loco scriptum  
disertis verbis, ad suam haereditatem, deficiente nimi-  
rum substituto priore, et, si institutus haeres non erit,  
vocaverit, res quidem clara est. Sed si ea omnia in  
testamento tam caute scripta non inueniantur, eritne subtitu-  
tus posterior solummodo proxime antecedenti substitu-  
to, an quoque ipsi instituto surrogatus? Quod si te-  
stator cohaerēdum vni alterum substituerit huicque  
substituto iterum quemdam sublocauerit, quid juris, si  
cohaeres substitutus ante cohaerēdem deficiat? Nouo  
consilio, nouo remedio opus. Praesumentes noluisse te-  
statores, vt vltimae eorum voluntates corruerunt, Legum  
prudentes mouebantur, vt inferrent, cum, qui plu-  
res haeredes subordinauerit, vltimum substitutum non fo-  
lum proxime antecedenti, sed omnibus anterioribus  
haeredibus et primis et secundis substituisse. Natum  
hinc est ortumque de substitutis axioma; *quod substitu-  
tus substituto sit etiam substitutus instituto*, legibus nostris  
satis superque fundatum. Quam regulam iam expli-  
catur id agemus, vt, definitione de substituti substitu-  
to praemissa, leges, quibus nititur, cum earum rationi-  
bus indicemus, deinde eam ab obiectionibus vindice-  
mus, postea sensum axiomatis eruamus, effectus deni-  
que et modos, quibus substitutio substituto facta cessat,

ad-

addamus. *Est autem substitutus substituto, haeres ultior a testatore institutus et, substituto hoc effectu datus, vt, si hic, cum haerede instituto deficiat, sibi (testatori) succedat.* Non opus est, vt de requisitis, quibus praediti esse debent, substituto substituti quaedam moneamus. Quum enim haeredes sint, prono fluit alueo, ea omnia in iis desiderari, quae in haeredibus instituendis adesse volunt leges et quae vel in omnibus iuris civilis compendiis latissime describuntur.

## §. II.

TRES sunt leges, quae axiomatis, cuius in §pho Leges, qui antecedenti mentionem fecimus, fundamentum consti-  
tauant. Prima est, §phus 3. f. de vulgari subst. vbi Im-  
perator: Sed si instituto haeredi, cohaerede \*) substitutus, quod  
dato, alias ei substitutus fuerit, diri Seuerus et Antoninus si sic etiam  
ne distinctione rescripserunt, ad utramque partem substituto  
tum admitti. Altera, l. 27. ff. de vulg. et pup. subst. fundatur.  
cuius auctor ICTUS IULIANVS, scilicet Titius, inquit, co-  
haeredi suo substitutus fuerit, deinde ei Sempronius, ve-  
rius puto in utramque partem Sempronium substitutum  
esse. Supereft pr. l. 41. ff. ibid. vbi ICTUS PAPINIA-  
NVS: Cohaeredi substitutus, prius quam haereditatem adi-  
ret, aut conditio substitutionis existeret, vita decepit, ad  
substitutum eius, siue ante substitutionem, siue postea sub-  
stitutus sit, utraque porro pertinebit, nec intererit, prior substitu-  
tus post institutum, an ante decadat. Quamvis leges, quas  
allegavimus, de speciali tantum casu, nimirum de substitu-  
tuto, cohaeredi substituto dato, loquantur, nihilominus  
fundamentum regulae generalis, quod substitutus sub-  
stituto sit etiam substitutus instituto constituant, quia  
ratio legum communis est omnibus substituto substitu-  
tutis.

C

\*) Vtrum

\*) Vtrum cohaerede cum vulgatis, an cohaeredi cum Chardonnis et Cuiacio legendum sit, non conueniunt ICTi critici. Vid. Otto ad hunc locum, qui etiam annotat, verbum dato deesse in libris Contii.

## §. III.

**N**um rescri- PROVOCAT Imperator §. 3. *J. de vulg. subst.* ad pto Imp. rescriptum divorum SEVERI et ANTONINI, quo vt Seueri et An- substitutus cohaeredi substituto ad huius et instituti tonini suc- cessio substi- partem fine distinctione admitti debeat, faneicutum est. tuto substi- Quaeritur iam, num hoc ipso rescripto canon, quod tati in lo- substitutus substituto sit etiam substitutus instituto, inuentus cum institu- primum sit, an tantum ius antiquum correxerint Impera- ti demum introducta, tores regulamque iam vulgatam denuo stabiliverint? an potius Prius vt sentiam, haec tenus nulla ratione a me impe- iam iure antrare potui. Quum enim Romani ab omni aeo confer- tiquo obti- vandorum testamentorum essent studiosissimi ad eumque auerit?

finem obtainendum potissimum vterentur substitutionibus, praesumendum omnino est, eos substitutorum substitutos ab institutorum haereditate nequitam arcuisse. Nam alias finem propositum, substituto forsitan ante institutum diem supremum obeunte, nullo modo attingere potuissent. Accedit nostrae sententiae quam maxime hoc, quod ICTUM IVLIANVM, qui, vti inter omnes constat, ante Imp. SEVERVM et ANTONINVM, tempore HA- DRIANI vitam egit, l. 27. ff. *de vulg. et pup. subst.* pro successione substituti substituto in portionem instituti pronunciassē sciamus. Credendum itaque est, divos Imperatores dubia tantum, quae de sensu regulae nostrae inter ICTOS mota sunt decidisse idque axioma iamdudum cognitum solummodo confirmasse. Prostant autem du- biorum istorum exempla in allegato Digestorum titulo. Licet enim l. 27. IVLIANVS, substitutum posteriorem ad in-

instituti haereditatem admittere, nullus dubitauerit, in alia omnia tamen ivit SCAEVOLA ICtus, qui l. 47. vtrum prior substitutus ante, vel post institutum decesserit, distinguuit, illoque casu vteriores substitutos excludit. Procul dubio huic controvrsiae finem facere studuerunt Imperatores eamque ob caussam reiecta SCAEVOLAE opinione, eam, quam IVLIANVS fovebat, confirmabant et nisi nos omnia fallunt, huius rescripti auctoritate motus, PAPINIANVS, SCAEVOLAE discipulus, relicta praecceptoris sententia, pr. l. 41. b. t. ad IVLIA-NICAstra transtendebat. Vitam enim PAPINIANVM egisse, Imperatorum SEVERI et ANTONINI aeo et sub eorum auspiciis libellorum magistrum ac praefectum praetorio fuisse, ex indubitatis testimonii probatum dedit HEINECCIVS Hist. Iur. Rom. Lib. I. Cap. IV. §. 329. PAPINIANVS noster l. 41. duplicit distinctionis mentionem facit. Dum enim cohaeredis substituti substitutum ad instituti successionem vocat, expresse addit, sive ante substitutionem, sive postea substitutus sit, nec intererit, prior substitutus post institutum an ante decebat. Quam, quaeſo ob rationem attulisset haec PAPINIANVS, nisi scivisset, lites agi inter ICtos, an substituto substitutus, simpliciter, an adhibitis distinctionibus iftis admittendus sit. Forsitan nonnulli ICti distinctiones in pupillari substitutione vſitatas incaute ad vulgarem applicarunt, quorum erroribus obicem ponere necesse fuit. Vides itaque exempla dubiorum de substituto substitutus admissione. Summi sane est pondoris PAPINIANI testimonium, qui, vti supra monuimus tempore conditi rescripti vixit cuique eius rationes erant cognitissimae et qui praeterea ab Imp. SEVERO magni semper habitus fuit, adeo vt in constituendis iuribus eius confilio potissimum vteretur. HEINECC. Hist. Iur. L. I. C. IV. §. 320. Praeterea, quaeſo, si nulla

huius rei cauſſa fuſſent diſſidia, cui bono reſcriptuſ Imperatoruſ? Quare ſublatuſ diſcriben, fi ante nul- lum cognitum fuerit atque excoſitatum? Profecto in eo non fuerunt Imperatores Romani, vt de rebus ina- nibus dubioque carentibus conderent reſcripta, quae potius ſemper ita comparata fuerunt, vt aut nouum iuſ iis introducerent, aut antiquum reſtituerent corri- gentque. HEINECCIVS *Antiq. roman. iurispr. illuſtrant.*  
*Lib. I. T. II. §. 56. ſqq.* Quae quum ita fint, proba- bile omnino videtur, litigioſam fuſſe regulam noſtram de ſubſtituto ſubstituti ſucceſſione eamque demum Im- peratores extra dubitationis aleam poſuiffe, quos poſtea IVSTINIANVS ſecutus eſt.

## §. IV.

Cauſſae,  
quare leges  
ſubſtituto  
ſubſtitutum  
in iuſtitu-  
locum ad-  
mittant.

VENIMVS ad rationes, quae legiſtatores moue- bant, vt ſubſtituto ſubſtitutum etiam iuſtituto ſubſtitu- tum eſſe ceneant. Primo eae omnes, quas ſpho III. antecedentis capitil indicauimus frequentiae ſubſtitutio- num apud Romanos cauſſae huc pertinent. Nullo enim modo melius teſtamento conſervabantur, quam ſubſtitu- ti ſubſtituto in locum iuſtituti vocato. Tali paſto omniſ exulabat, ne ultimae voluntates deſtituerentur, me- tus, perpetua erat haeredum ab iuſtato et filii exclu- ſio. Quiritium ſacra privata manebant, neque credito- res deſuncti fiduciā facile fruſtrabantur. Sed noua pae- tere a cedit ratio. Quodſi enim ſubſtitutionem ſubſtitu- tuo factam propius iuſpiciamus, patebit, teſtatoris men- tem fuſſe, mediante ea, ſibi ipſi haeredem ſcribendi, eamque ob cauſſam omnes eiusmodi vteriores ſubſtituti ipſius teſtatoris haeredes ſunt ſucceſſi. Quando nimili- rum teſtator haeredem iuſtituit eique aliud ſubſtituit, ni- hil magis in votis habet, quam vt, haerede iuſtituto defi-

deficiente, alius non desit successor. Si huic substituto iterum quendam substituit, eadem adest intentio. Po-  
ne iam, substitutum ante institutum decadere, aut ina-  
ne, si nimurum institutus non haeres erit, eset testato-  
ris contilium, aut vltior substitutus in defuncti locum  
furrogari ipsique substituto succedere debet. Prius vt  
sentiamus, cogitatio prohibet, testatoribus nihil magis  
curae cordique esse, quam vt sua vltimae voluntates  
finem habeant exoptatum. Si itaque substituto substi-  
tutus ipsis testatoris haeres futurus et succedaneus ha-  
bendus sit, iam autem hic testatoris bona nullo alio  
modo acquirere posse, nisi haeredis instituti successor  
sit, prono fluit alueo, quare substituto substitutum ip-  
sis instituti substitutum esse arbitrentur. COCEJVS  
*Jur. Civ. Controvers. T. II. p. 280.* Corroborantur  
quoque haec omnia praesumptione testatores substitutos  
suos magis dilexisse quam haeredes suos ab intestato.  
Quum autem nulla causa appareat, quare dilectionem te-  
statoris solummodo ad substitutos primi gradus restringamus  
sed ratio potius suadeat, eam ad vltiores quoque substitu-  
tos extendere, necessario sequitur, ad effectus huius dilectionis  
pertinere, vt substitutus substituti in locum prioris substituti de-  
ficientis admittatur. LAVTERBACH *diff. de magis dilectio. Cap.*  
*IV. §. 7. 8.* Denique et hoc addo. Procul dubio substitutus  
posterior succedit, deficiente priore, in omnia iura,  
quae illi competebant. Iam autem facultas succedendi  
in locum instituti principale ius fuit prioris substituti.  
Hoc itaque iure acquisto, statim instituto substitutus  
efficitur substitutus vltior. BRVNNEMANN *ad. l. 27.*  
*ff. de vulg. et pup. subſt.*

## §. V.

VERVM enim vero, quantaecunque sint, quibus Ad dubia  
regula, quod substitutus substituti sit etiam substitutus responde-  
in tur, quae

aduersus instituti superstruitur, rationes, non defuerunt tamen,  
 succellionem substituto qui eam labefactare studuerunt. Varia nimurum mouent  
 dubia, quorum primum idque praecipuum ex L. 47. ff.  
 substituti mouentur. Refert ibi SCAEVOLA  
 Ictus, patrem quandam filium et filiam impubes ha-  
 buisse, ex iis filium instituisse haeredem, filiam vero  
 exhaeredasse, deinde filio exhaeredatam filiam pupillari-  
 ter substituisse, huic autem vterius vxorem et fororem  
 suam, si innupta deceffisset, surrogasse. Moritur filia  
 ante fratrem illamque sequitur filius. Mox lis oritur,  
 an filiae substitutis fratris haereditatem debeatur. Respon-  
 det Ictus ad eas haereditatem non pertinere. Neuti-  
 quam consentanea videntur haec omnia, cum iis, quae  
 haetenus a nobis in medium prolatas sunt. Deprehendim-  
 us in casu propenso haeredem institutum, substitutam  
 et substitutae substitutas. Deficit substituta ante institu-  
 tum et locum facit vterioribus substitutis. Nihilominus  
 thesin exulare videmus: substitutum substituti esse  
 etiam substitutum instituti. Mirum in modum se tor-  
 quent interpres in legibus adeo diuersis conciliandis.  
 Sic, vt inter plures unam tantum et alteram sententiam  
 in medium proferamus, ACCVRSIUS putat, vocabulum  
*impubes* legendum esse *pubes*, rationemque legis in eo  
 ponit, quod filia ad pubertatem proiecta, substitutio  
 illi facta cessare debeat. Non ab omni quidem proba-  
 bilitate aliena videtur haec coniectura. Sed obstant  
 teste VNNIO textus Pisanus et Noricus, in quibus con-  
 stanter impubes occurrit, neque inficias ire possumus,  
 hoc casu, quem sibi fingit ACCVRSIUS nulla opus fuise  
 se Icti decisione, quum alias indubitatum sit pupillo  
 pubere facta, substitutionem euanescere. l. 14. ff. de  
*vulg.* et *pup.* *subst.* Quid? quod pubertas in lege nostra  
 nihil plane ad rem facit. Vxor enim et foror filiae, si  
 haec innupta deceffisset, substitutae erant. BACHOVIVS  
 ad

ad *Inst. p. 397.* primo quidem a recepta opinione non recedit, at deinde sibi persuadet, nostrum ICtum, vt ita pronunciaret motum esse, quia filia non cohaeres fratis erat, sed potius ab haereditate paterna exculfa. Sed quid ad hanc rem exhaeredatio? Haec nullos in substitutione producit effectus multo minus ius succedendi substitutae substitutarum excludere potuit. *VINNIUS* sibi ipsi inconstans ad *Inst. p. m. 398.* mox *Viglio* assentitur, qui contendit „*Scaevolam respondisse de duabus haereditatibus, ad quas rescriptum Imp. ceu quod de duabus partibus vnius haereditatis loquitur, producendum non sit, sed in quibus vetus distinctio adhuc oblineat, utrum prior substitutus ante, an post institutum decesserit*“ quae opinio elegantissima est et a communi parum differt; mox focordiam Iuris Iustinianei compositorum accusat, quod distinctionem *SCAEVOLAE*, rescripto *Imp. SEVERI* et *ANTONINI* iam abrogatam, in Pandectas retulerint. Sed non video, cur hanc ob causam negligentiae accusemus Digestorum conditores, cum praequantissima adit rario, statim indicatura, quare aliter de pupillari, quam de vulgari substitutione pronunciandum sit. Ponderanti mihi diuersas ICtorum hac de re sententias, in communi opinione subsistere placuit. Distinguunt nimur inter vulgarem et pupillarem substitutionem, stantientes, regulae nostrae locum quidem esse in vulgari, sed non aequae in pupillari substitutione. Nec iniuria. Partim enim ipsae leges distinctionem suadent, partim diuersus vtriusque substitutionis finis et varia earum natura. Nimur, quam leges, quae, substituto substitutum etiam instituto substitutum esse censem, ad vnam omnes de vulgari substitutione loquantur, vnius autem legis in qua contraria proponitur sententia obiectum sit pupillaris substitutio: luculentissime apparet, legislatores in hac substitutionum specie exceptionem fecisse  
et

et ut ad eam rescriptum Imperatorum applicetur, non  
luisse. Deinde in pupillari substitutione longe alium in-  
tendit finem testator, ac in vulgari. Diximus §pho an-  
tec. de testatore plures vno substituente, praesumen-  
dum esse, quod omnes substitutos haeredes sibi scribere  
voluerit successivos. Haec omnia in pupillari substitu-  
tione fecus se habent. Pater enim, liberis substituens,  
non de haeredibus sibi constituendis, solicitus est, sed  
de personis impuberum. Curat solummodo, ne inter-  
stati decadant in statu, quo ipsi sibi testamentum face-  
re nequeunt. Quum itaque in pupillari substitutione fi-  
nis ille, qui praecepit fundamentum regulae nostrae  
constituit cesse, ut ipsa quoque regula exulet, necesse  
est. Denique, considerata pupillaris substitutionis  
natura facile patebit in ea duplarem occurrere haeredi-  
tatem, alteram patris, alteram impuberis. Qui itaque  
impuberi substituitur ad solam eius haereditatem voca-  
tur, non ad patrimonium testatoris. Quum ergo  
substitutionis pupillaris ad personam pupilli restricta sit,  
sequitur, eam ultra huius haereditatem non esse exten-  
dendam omnesque pupillorum substitutos eorum tantum  
haeredes esse, quibus substituti sunt. Si vero extendi  
non potest, pup. subst. nec regula de substituto substi-  
tuti potest adhiberi. Haec quoque prohibita extensio  
causa fuit, quare *SCAEVOLA* substitutas filiae, quae fra-  
tri suo substituta erat, ad huius haereditatem non admi-  
serit. Quae quum ita sint, id quod sentimus, huc redit.  
Quoties pater instituit impuberem, eique substituit, to-  
ties pupillo substitutus ad solam huius haereditatem,  
non ipius testatoris substitutus est eamque nunquam acqui-  
rit, nisi pupillus haeres fuerit patris et in impuberte  
decesserit. Quoties porro pater haeredi instituto sub-  
stituit pupillum suum huicque alium sublocat, toutes pu-  
pillo substitutus huic tantum, non autem instituto sub-  
stitu-

**I**nstitutus est. Pone iam testatorem quendam duos filios suos impuberis sibi haeredes scribere, natuque maiori substituere minorem, huic autem fratrem suum. Si minor moritur ante maiorem, nulla ratione frater ceu <sup>11 maldit</sup> ultimo substitutus, huius partem consequitur. Semper ergo irritum est, in hac substitutione brocardicon: substituto substitutum esse instituto substitutum. Vides itaque differentiae rationem. Caeterum nobiscum consentiunt VVL TEI VS ad Inst. p. 315. MYNSINGER ad Inst. p. 188. MANZIVS ad Inst. p. 491. CVIACIVS in Com-  
ment. ad L. 27. ff. de V. et P. subſt. BRVNNEMANNVS ad Pand.p.m. 205. GIPHANIVS Antinomiar. Iur. Civ. Lib. II. Dijp. II. p. m. 242 sq. COCCEL in Jur. Ci-  
vil. Contr. Tom. II. p. m. 280 sqq. LVDWELL in prael.  
de ultimis voluntatibus p. 263. FOQVELINVS in prael.  
Aurel. ad tit. de vulg. et pup. subſt. p. 72. sqq. Neque vt  
sentientiam, quam amplectimur, derelinquamus, mouet  
VINNIVS, qui necit, si in pupillari substitutione specia-  
li iure vterentur Romani, quare ad id non prouocauerit  
ICtus? Quid enim obstat, quo minus sentiamus, ICtum  
hoc ius singulare in animo habuisse, licet eius nullam  
expressam fecerit mentionem. Sed iam nouum oritur  
dubium. Nimirum PAPINIANVS l. 42. ff. de v. et p. subſt.  
in alia omnia iuit, sequentem proferens casum. Subſtituit  
parens, quendam duobus filiis impuberibus haeredi-  
bus suis, si ambo mortui essent. Sequitur vtriusque mors  
post patris obitum simul et sentit ICtus, substitutum in  
vtriusque haereditatem esse admittendum. Instant iam,  
habes hic pupillariter substitutum, in vtramque partem  
nihilominus vocatum. Sed res est in vado! Quilibet  
enim videt, de homine vtrique filio substituto in hac  
lege sermonem esse. Hic itaque vtriusque haeredita-  
tem non vt substitutus substituto, sed vt cuique  
subſt.

substitutus fibi attribuit. Vid. COCCEIVS l. a. p.  
282.

## §. VI.

## Dubium II.

ALTERA sequitur dubitandi ratio ex casu singulari  
deriuata. Testator enim, cum haeredes institueret v.  
g. Seium et Meium, Seioque substitueret Meium,  
huic autem Sempronium, videtur tantum fuisse de Me-  
uii parte sollicitus eique, ne eius portio ad haeredes  
testatori forsitan iniucundos veniret, substitutum dedi-  
se. Quodsi itaque testator substituto tantum substituat,  
tenor testamenti citra testatoris intentionem ad instituti  
portionem haud est extendendus. MESSAGIVS *ad Instr.*  
*p. m. 173. b.* Nam constat, prout quisque de re sua  
disponit, ius esse, et si aliter cogitauerit testator,  
nonne obstat illi tritum illud Iure Consultorum bro-  
cardicon: interpretatio contra eum facienda, qui clari-  
lius loqui debuit. Sed leuidense sane est hoc dubium  
nec multo ad id refutandum opus labore. Iam enim  
(§. IV. h. c.) euicimus, de testatore plures uno substi-  
tuente nihil aliud praesumendum esse, quam quod omnes  
successores sibi voluerit scribere haeredes successios.  
Deinde si substituti substitutum ab haeredis instituti suc-  
cessione excludere velimus, facile esiciemus, vt testa-  
tor partim testatus partim intestatus decedat. Quis au-  
tem est, quem fugiat, legibus nostris nihil magis con-  
trarium esse, quam quandam pro parte testatum, pro parte  
intestatum decedere. Quae cum ita sint, ne mani-  
festissimam admittamus contradictionem, nihil aliud su-  
pereft, quam vt, testatorem, substituto substituendo  
sibi ipfi substituisse suamque haereditatem substitutis con-  
ferre voluisse, statuamus.

## §. VII.

## §. VII.

RESTAT adhuc dubium istud, quod occurrit apud Dubium III,  
**LANCELLOTVM POLYTVM** in *Tract. de substit. P. VI.*  
*n. 15. sqq.* Totus in eo est hic ICtus, vt negat, quod  
in vulgari substitutione substituto substitutus sit etiam in-  
stituto substitutus. Concedit quidem substitutum poste-  
riorem prioris et instituti partem acquirere, sed, quod  
hoc virtute regulae nostrae fiat, inficiatur. Ut eo cer-  
tius de sententia eius iudicare possumus, audiamus exem-  
plum, quod huius rei cauſa in medium profert. Fingit  
quendam, Titum et Meum heredes scripsisse, Titum  
substituisse Metio, Titio autem Caium. Iam in succeſ-  
ſione Caii tanquam substituto substituti duos probe fe-  
cerint casus, primum si Meuius ante Titum moritur, al-  
terum si Titius ante Meum. Quod primum casum atti-  
net, si Meuius institutus haeres primo moritur, et deinde  
cohaerens eius Titius, nullus dubitat admittere Caium,  
hac vtens ratione, quoniam partem instituti ratione pri-  
mae substitutionis vel iure saltem accrescendi inuenit iun-  
ctam cum parte prioris substituti. De altero autem casu,  
si primum diem supremum obit prior substitutus et po-  
stea institutus, ita sentit, quod statim, decedente priore  
substituto, in eius partem succedat posterior, deinde ve-  
ro vi iuris accrescendi particeps fiat portionis quoque in-  
stituti. Quae quum ita sint, irritam esse regulam no-  
stram concludit ICtus et, substituto substitutum neutiquam  
instituto substitutum esse colligit, quia priori casu insti-  
tuti partem acquirit, tanquam in portione prioris substi-  
tuti iam contentam, posteriore vero eadem accrescendi  
iure potitur ideoque ad utramque partem obtinendam  
non opus fit vt credamus eum, qui substituto substitu-  
tus est, tacite quoque instituto esse substitutum. Sed, si

D 2

di.

dicendum, quod res est, grauissimos hic errores errat  
 I<sup>m</sup>Ctus alias acutissimus. Intuentes enim primum eius ca-  
 sum, vbi nimurum, praemortuo instituto et deinde prior  
 re substituto substitutus posterior vtramque partem iun-  
 ctam debet accipere, inueniemus, sententiam eum pro-  
 ferre apprime fallam. Nam si cum portione primi sub-  
 tituti iam iuncta est instituti pars, sequitur, vt primo  
 substitutus agnoverit haereditatem. Quomodo enim  
 alias coniungere potuisset partem instituti cum sua? Sed  
 quis est, quem fugiat notissima illa regula, quod adita  
 haereditate substitutio exspiret? L. 5. C. de imp. et alis  
 substir. Simulac haereditas, sive ab instituto, sive a  
 priore substituto adita est, omnis exulat vterioris sub-  
 tituti successio. Fideicommissaria enim, non vulgari sub-  
 stitione opus fuisset, si post aditam haereditatem sub-  
 tituti substitutum admittere vellemus. Quod alterum  
 eius casum concernit, si primum moritur prior substitu-  
 tus, deinde institutus et de quo sentit noster, quod  
 tunc vi iuris accrescendi substituto substitutus particeps  
 quoque fiat instituti portionis, statim (§. X. h. c.) hunc  
 errorem refutabimus. Quantum assequi licet LANCE-  
 LOTVS POLYTVS vt ita sentiret potissimum motus est,  
 quia casum sibi fingebat, qui ad canonem nostrum plane  
 non pertinet Rechte enim RACHOVIVS perhibet in Comment.  
 in Institut. p. 396. ponendum hic esse, a neutro, neque haer-  
 rede neque eius substituto factam esse aditionem. Nam  
 omnes istae, quae substituti substitutum in instituti lo-  
 cum vocant leges, praesupponunt, vt non adita haer-  
 editate et institutus haeres et eius substitutus defecerint,  
 ideoque a neutro aditionem factam esse requirunt. §. VIII.

## §. VIII.

VINDICAVIMVS <sup>huc</sup> vsque substituto substituti suc-  
cessionem in locum haeredis instituti ab obiectionibus <sup>De quonam  
substituto</sup> regula no-  
potioribus; quis enim omnes, maximam partem leuiores <sup>stra intellig-</sup>  
enumerare valeat aut percensi cupiat? Nunc ad <sup>eagenda.</sup>  
nos accingemus, quae ad vim huius regulae vterius ex-  
ponendam dicenda restant. Ante omnia quaeritur, de  
quibus substitutis regula nostra intelligenda sit? De sim-  
gulis videamus. Quod vulgariter substitutum attinet,  
nullum adeit dubium, ad eum omnes, in quibus fun-  
damentum canonis nostri est positum, leges esse appli-  
candas idque quantum ego quidem scio, nemo, eos si  
excipias, qui integrum regulam labefactare studuerunt,  
vnquam negavit. In pupillariter substituto regulam cef-  
fare sufficientissimis argumentis §. V. h. c. euictum esse  
spero. Idem quoque in exemplariter substituto dicen-  
dum est. Nimirum haec substitutio est quasi pupillaris  
in eiusque exemplum inuenta. Quid obstat, quo minus  
ea, quae in pupillari substitutione locum habent, ad  
hanc quoque extendamus, nisi quid nominatim exce-  
ptum reperiatur. DVARENVS ad tit. de vulgari et pup.  
subst. Cap. XIX. XX. In exemplari substitutione aequae  
ac in pupillari non de haeredibus sibi constituendis fo-  
licitus est testator, sed de personis mente captorū,  
eorumque substituti aequae solummodo ad horum tantum  
haereditatem vocantur, ac substituti pupillorū. Hinc,  
quod in hac quoque substitutionis specie regula nostra  
exulet neceſſe est. Deinde, quum in exemplari substi-  
tutione series personarum substituendarum iam definita  
sit, quod hac ratione regula nostra non minus exclu-  
datur, quilibet facile videt.

## §. IX.

An etiam in fideicommissaria tuto in fideicommissaria substitutione procedat. Nullus substitutio dubito, hanc quaestione affirmare. Exemplum habes ne substitutio in casu sequenti. Titius fideicommittens instituit Macto substitutiuim haeredem eumque rogat, vt, nulla relicta prole, substitutus sit substitutio haereditatem restitu faciat Sempronio. Huic autem substituti, deicommisaria substitutione sublocat Cajum. Moritur Sempronius ante Meuium posteaque decedit Meuius sine sobole. An admittendus nunc sit Caius, quaeritur neque video, quare de eius admissione dubitemus. Rationes in promptu sunt. Prouocamus primo ad l. 57. §. 1. ff. ad Senarus C. Trebell. In hac enim lege similis casus occurrit decisus. Ordinavit nimirum quidam duos filios haeredes, lege fideicommisi sic eos inuicem substituens, vt, si quis eorum sine liberis diem suum obierit, superstes haereditatem habeat. Quodsi autem vterque sine prole decederet, neptem suam haereditem fore. Contigit, vt unus fratrum relicto filio moreretur, quem mox alter sine sobole sequitur. Oritur lis inter prioris filium et neptem substitutam de successione in fratribus ultimi bona et nullus dubitauit PAPINIANVS in neptis fauorem pronunciare, hac vtens ratione, quia in fideicommissis voluntas testantis ante omnia spectanda sit et absurdum esset, substitutae partem haereditatis denegare, quae integrum patrimonium accepisset; si ultimo defunctus prioris portionem suscepisset. Rechte itaque occasione hujus legis colligimus, quod in fideicommissaria substitutione substitutus fideicommissarii sit etiam substitutus fiduciarii. Succeditur nimirum in fideicommissis non proximo praedecessori, sed ipsi fideicommittenti. FVSARIVS de substitutione fideicommissaria Qu. 274. p. tot. DE LYNCKER Resp. T. II. Resp. 178. n. 17. Nec minus appli-

applicatio regulae nostrae non refragatur intentioni fideicommitentis. Deinde sententia nostra de admissione substituto substituti fideicommissariae substitutionis naturae apprime conuenit. Si enim fideicommittens se vel declarauerit, velle se, ut bona sua legi restitutionis obnoxia ad fideicommissarii substitutum perueniant, parum refert, an ea a fideicommissario, an, hoc secundo gradu perempto, statim a fiduciario accipiat. Militat quoque in fauorem substituto substituti quam maxime, quod in fideicommissaria substitutione testatoris voluntas aetius, quam in reliquis substitutionibus obseruari debeat iurisque rigor cestet. *CVIACIVS Conf. 46. et 53.* In fideicommissis enim ad voluntatem testatoris principaliter respiciendum, ut illi admittantur, ad quos testator fideicommissum voluit translatum. *CONSIL. ICT. HALLENS. T. I. Lib. I. Conf. 254. n° 5.* Porro quid obstat, quo minus secundum iuris analogiam ab eo, quod in vulgari substitutione permittitur, ad fideicommissariam concludamus? Eiusmodi nimirum conclusiones in substitutionum materia admodum frequentes esse, vne ore testantur Legum periti. Vid. Doctores allegatos apud *FVSARIVM Libr. cit. Qu. 11.* Denique non deest praefantissimorum ICTorum consensus. Vulgata nimirum eorum est regula, quod in fideicommissis substitutus substituti s. fideicommissarii sit substitutus haeredi s. fiducario. Vid. praeter *CVIACIVM l. cit. FVSARIVS libr. cit. Qu. 440. n. 12. 13. et Qu. 469. integr.* vbi quam plurimos, quibus nostra arrident, producit.

## §. X.

DE fundamento successionis substituto substituti in substituti locum, diuersae sunt, teste *MYNSINGERO ad<sup>us</sup> substituti haere. Infl.*

sitatem in *Inst. p. m.* 188. Iuris peritorum sententiae. Nimirum  
stituti acci- an in iure accrescendi illud ponendum sit, an virtute  
piat iure ipsius substitutionis vocetur, substitutus secundus, dispu-  
nis aut ac-tant. Ut eo apertius mentem nostram hac de re expo-  
crescendi? nere possumus, duo ante omnia separandi sunt casus.  
Substitutus posterior enim aut cohaeredi substituto sur-  
rogatur, aut non. Si prior substitutus instituti cohaeres  
non est, et v. g. testator substitutionis formulam ita  
concepit, *Titius haeres meus es, huicque substituto Caium*  
*Caioque Meium* quilibet facile videbit, de iure accre-  
scendi plane nullam posse oriiri cogitationem. Quum  
enim iuri accrescendi inter haeredes vel re, vel verbis,  
vel mixtim coniunctos, locus sit, *l. 142. ff. de Verb.*  
*Signif.* iam autem in casu nostro prorsus nulla depre-  
hendatur coniunctio: iuxta mecum omnes intelligent,  
substituto substitutum nullo accrescendi iure gaudere.  
Alter casus maiore difficultate laborat. Nam si prior  
substitutus instituti cohaeres et ipsa substitutio sic com-  
parata fuit: *Titius Caiusque haeredes funto, Caium substi-*  
*tuto Titio, Caioque Meium:* grauis nascitur controvressia,  
quo iure Meuius, Caio ante Titium deficiente, posteaque  
Titio repudiante, admittendus sit. Meium Caii partem  
iure substitutionis acquirere, omnium quidem communi-  
nis est sententia, sed de portione Titii in varias disce-  
dunt partes. Nimirum, praeter *LANCELOTVM PO-*  
*LYTVM, DINVS, FABER* aliique ex antiquioribus *ICTIS*  
plures pro iure accrescendi pugnant, rati, Meium Ti-  
tio vere substitutum non esse. Verum eorum opinio  
hodie vix vilum morabitur, qui successionem substituto  
substituti ex sola substitutione ortum trahere statuat.  
Ut enim taceamus, quod rescripto Imperatorum plane  
non opus fuisset, si substitutum posteriore vi iuris ac-  
crescendi admittere voluerint: *Iulianus noster l. 27. quo-*  
*cum*

cum etiam Imperator haud obscure §. 3. *Inſt.* conſenit, omne dubium tollit, Sempronium in utramque partem substitutum esse contendens. Etenim, quamvis inſtituto non expreſſe ſubstitutus sit, tacite tamen et ex praecumpta testatoris voluntate hoc factum eſſe, ſupra iam evicimus. vid. VINNIUS l.c. p. 398. et FOQUELINVS l.c. p. 76.

## §. XI.

DISQVIRENDVM nunc venit, quando et quibus ſub De sublata conditionibus substituto substitutus etiam inſtituto substitutus cefendus sit? Quamvis alias ſucceſſionum iura ſubstituti limitibus ſane arctiſſimis multisque conditionibus circumſucceſſione ſcripta ſint, omnes tamen diſtinctions in ſubstituti ſe-occurrente, cundi ſucceſſione exulare iuſſit Imperator. Sine diſtinctione enim reſcripſerunt Imperatores SEVERVS et ANTONIVS, quos INSTINIANVS noſter ſequitur, ad utramque partem ſubstitutum admittendum eſſe. Ancipites et olim fuerunt et partim adhuc ſunt legum commentatores, quid ſibi veſit Imperator, ſubstituti ſubstitutum ſine diſtinctione ad inſtituti portionem admittens, vid. BACHOVIVS ad Treutler. Voll. II. Disp. XI, p. 315. MYNSINGER ad Inſtit. tit. de vulg. ſubſt. VVLTEIVS ad Inſtit. ibid. ACCVRSIUS, quem bona pars Doctorum ſequitur, Imp. verba de dupli ci ſubſtitutionis caſu intelligit &, teſte FOQUELINO in prael. Aur. ad tit. de vulg. et pup. ſubſt. p. 67. ſic explicat, quaſi nihil referat, num in priorem an in posteriorem culum facta ſit ſubſtitutio. Verum haec interpretatio ſtatiſ concidit, et mens Imperatoris perſpicax redditur modo in ſubſidiū vocemus l. 41. ſi pr. de vulg. et pup. fulſi-  
tut. Duplicis diſtinctionis ibidem in priorem facit

ICTUS PAPINIANVS. Prior distinctio est, an substitutus substituti ante substitutionem priorem, sive postea substitutus sit. Altera autem, num prior substitutus post institutum, an ante eum decedat. Vtramque vero distinctionem proscribendam dicit. Quantum itaque asequilicet, dubiis olim occasionem praebuit, partim ordo in substitutionibus obseruatus partim delatio haereditatis. Non legitime actum esse visum fuit nonnullis, quando posterior substitutio antecedebat priorem et dubitabant, an substitutus secundus haereditatem acquirere possit, quae non delata erat primo. Procul haec dubiudictiones eae ipsae sunt, quas exules fecerunt Imperatores propter rationes a nobis §. IV. h. c. indicatas. Neque etiam a sententia nostra alienus est CVIACIUS ad Inst. tit. de vulg. subst. qui textum nostrum ita intelligit, vt neque scripturae ordo, neque successionis ratio hic respicienda sint, licet forte mentem suam non satis clare explicauerit.

## §. XII.

Non tamen NOLI tibi persuadere omnes funditus eradicatas esse distinctiones. Imperatores enim substituti substitutionem sine distinctione ad vniuersam haereditatem adcessare ostenditur. mittentes, procul dubio ad eas solummodo distinctiones respexerunt, quae olim litibus inter ICTOS originem et affam dederunt. Iam vero quenam illae fuerint, ex PAPINIANI responso, §. antec. adducto, liquet. Tantum abest, vt reliquae, quae nullam controvrsis praebent occasionem, sed potius naturae successionis substituto substituti conueniunt, sublatae sint, vt ex aduerso eas a cauto legum interprete sollicite adhibendas esse affirmemus. Ut alias taceamus distinctiones, si de applicatione nostrae regulae quaeritur, ante omnia ratio semper

per habenda est diuersarum substitutionum et videndum  
num talis adsit substitutio, cui regula conueniat. Prae-  
terea caute animaduertendum est ad circumstantias in  
personis haeredum vel primo substitutorum, in quorum  
locum succedere debet substitutus secundus occurrentes,  
num forsan haeres unus ex illis fuerit, qui haeredita-  
tem non aditam, vel ex iure suitatis, vel ex potentia  
sanguinis, vel propter ius deliberandi ad suos haeredes  
transmittit? (§. XIV. h.c.) Praecipue si testator haere-  
di substituit cohaeredem, huic autem nouum surrogat  
substitutum, quatuor obuenient casus probe fecernendi.  
Aut enim vterque haeres adierant haereditatem et tunc  
procul dubio excluditur substituti substitutus. Nihil ni-  
mirum magis contrarium est huius successioni, aditione.  
Aut prior substitutus tantum adit, deficiente instituto  
et iterum remouetur substitutus vterior ab eo, cui sub-  
stitutus est. Aut prior substitutus deest, adeunte instito-  
to et illius portionem capiet substituti substitutus, ex-  
istente nimirum casu, ob quem vocatus est. Aut de-  
nique vterque haeres deficiunt et ad vtramque partem  
admittitur substitutus noster vi eorum, quae hactenus a  
nobis disputata sunt. MESSAGIVS ad Inst. p. m. 174.

§. XIII.

EFFECTVS substitutionis substituto factae duplicitis. *Effe&us*  
sunt generis. Alios enim haec substitutio producit effectus ratione haereditatis adeundae, alios intuitu iuris suastitutio  
haereditarii iam acquisiti. Effectus substitutionis nostrae,  
haereditatem adeundam, quod concerat si hic redeunt,  
quod existente casu, substituti substitutus testatoru succedat.  
Casus autem, de quo hic loquimur, exstat, si tam haeres institutus, quam prior substitutus aut nolint  
aut non possint haereditatem adire. Qui vterque casus

ita comparatus, ut, ex Doctorum interpretatione unus expressus, alterum non expressum comprehendat. STRV  
*in Iurispr. Rom. Germ. forens. L. II. Tit. XIX. §. 6.*  
 quamvis cautius omnino agat testator, si substitutum tam in casum noluntatis, quam impotentiae expresse instituat. KLEIN *in diss. de testatore cauto cap. IV. n. 181.*  
 Quum enim iuxta testatoris mentem, substitutus secundus haereditatem aliter consequi non debeat nisi hac conditione, quod neque institutus neque substitutus adierint, prono fluit aliud quamdiu haec conditio nondum impleta sit ideoque aut vterque aut unus saltem adire haereditatem possint, substituti substitutum non admitti. l. 69. ff. *de acquir. vel omittend. haered.* Statim autem ac obuenit conditio vis et efficacia substitutionis nostrae ita sese exerit, ut substituto substitutus haeredes legitimos excludat, l. vn. §. 13. C. *de caduc. tollend.* reliquos autem, quo minus accrescendi iure vti possint, impeditat. l. 2. §. 8. ff. *de bonor. possess. secundum tabb. FVSARIVS libr. cit. Qu. 53.* Effectus substitutionis substituto factae intuitu juris haereditarii iam acquisiti in eo consistunt, ut substituti substitutus in omne ius succedat, quod defunctus habuit. Nella enim inter eum aliasque haeredes cuiuscunq; sint generis, est differentia. Quae quum ita sint, pleno ac perfecto iure acquirere omnia commoda omnesque fructus in haereditate obuenientes. Competent illi omnes actiones et quaevis remedia, quibus haeredes res haereditarias a possidentibus petunt. BOEHMER *de actionibus Sec. II. Cap. III. §. 16. sqq.* Neque dubium est, eum e contraria parte etiam ad suscipienda onera atque incommoda haereditaria teneri. Exigit hoc aequalitas, quae inter eum et alios haeredes intercedit illique aequalia iura et onera tribuit et praeterea nulla adest ratio, quare melioris con-

conditionis substitutus esse debet, quam institutus. Soluit itaque substituti substitutus omne aces alienum a defuncto testatore contractum, legata et fideicomissa a testatore relieta praefstat, nisi aliud in testamento dispositum inueniatur.

## §. XIV.

Nihil restat, quam ut etiam modos, quibus substitutione substituto facia cessare debet, indicemus. De substituto sumuntur vero modi illi vel a persona testatoris, vel ab instituto, vel a substituto. Ipse testator substitutionem factam irritam facit, si vel voluntatem suam, pro libertate, quae sibi usque ad obitum suum irrestricta est, mutat, vel tale testamentum condit, quod querela nullitatis impugnari et destrui potest. Ex parte instituti annihilatur substitutione per institutum haeredem suum ante immixtionem, vel expressam abstentionem, decedentem ideoque haereditatem ipso iure acquisitam in quocunque haeredes transmittentem. I. 8. C. de suis et legiter. liber. TABOR in Comment. de substitutione. (in ei. oper. p. 840.) Cap. II. §. 32. Idem etiam arg. II. vn. C. de his, qui ante aperit tabl. locum habet, si haeres, fortuitas alias ob causas, quo minus haereditatem ab ascendentibus sibi delatam, adire poscit, impeditus, diem obitum supremum, quo casu, exclusis substitutis, haereditatem non aditam ad suos transmittit descendentes. Simili modo institutus excludit substitutos, si ante aditam haereditatem eo tempore, quo iuris deliberaudi poterat, moritur ideoque hoc deliberaendi ius, eo, quod residuum est tempore cum ipsa potestate adeundi in quocunque haeredes transfert, modo meruerit deliberaudem, neque haereditati renunciauerit, neque eidem

se immiscuerit. *I. 19. C. de iure deliber. DVVRANTES de arte testandi et cauetis ultimarum voluntatum. Tit. V. Caut. I. in Tract. Tract. T. VIII. P. I.* vbi cautio-  
nes, quibus transmissio juris deliberandi tollitur, sup-  
peditat. Nec minus, teste FVSARIO *Qu. 50.* commu-  
nunis, an iusta aliis disquirendum relinquimus, est IC-  
torum opinio, quod, indigno existente instituto, ad hae-  
reditatem admittatur fiscus, exclusis substitutis. Vid.  
*DVARENVS ad tit. de vulg. et pupill. subst. Cap. 10. in eiusd. Operib. p. m. 504.* Ad modos substitutionis tol-  
lendi potissimum referimus aditionem haeredis insti-  
tuti. Constat nimurum, omnem substitutionem condi-  
tione nisi, si haeres institutus vel nolit vel non possit, adire  
haereditatem. Patet itaque aditione haeredis, condi-  
tionem impletam esse eoque ipso sublatam substitutionis  
necessitatem *I. 5. C. de inpub. et aliis subst. ZA.*  
*SIVS in tract. de substitutionibus Cap. I.* Ampliamus  
hanc regulam in substituto substituti successione, quan-  
do prior substitutus, deficiente instituto, adiit haeredi-  
tatem. Nimurum eadem est substituto substituti erga  
primum substitutum relatio, quea huius erga institutum  
et illius substitutio aequae conditionata est ac huius,  
ideoque etiam non impleta condione exspirat. Vario  
interim modo haec ratio tollendi substitutionem limita-  
ri potest. Primo eam circumscribunt Doctores, si adi-  
tio minoris rescinditur per restitutionem in integrum. Per-  
suasum enim habent eam ipsam restitutionem omnia ad pri-  
stimum statum reducere et, vt reuiuscat substitutio, fa-  
cere. Sed errores hic errare illos fitis superque do-  
cuit *COCCEIVS in Iure Ciu. Controv. T. II. p. 285.*  
Deinde, si haeres voluntatem defuncti v. g. in soluen-  
dis legatis et fideicommissis implere nolit tunc iterum  
admittitur substitutus modo caueat de adimplenda vo-  
luntate defuncti arg. *aust. hoc amplius C. de fideicom.*  
vid.

vid. BECK in annot. ad Struvii *Iurisprudentiam forensem*. p. m.  
291. Idem locum quoque habere in persona substituto substituti, si nimisrum prior substitutus voluntatem testatoris adimplere nolit, secundus vero de ea adimplenda caueat, iuxta mecum omnes intelligent. Denique, si institutus quidem adierit, sed post eius mortem contingat, ut haereditas ad eos ventura esset, quos manifeste a successione excludere voluit testator, firmiter persuasim habeo non obstante additione substitutum eoque deficiente substituto substitutum admittendum esse. Haec omnia nimisrum intentioni testantis et rationi substitutionum appriime conueniunt. Vid. omnino TITTEL in diss. *de substituto vulgari per institutum adeuntem non excluso et non adeuntem excluso* Seſt. I. §. 4. sqq. Ratione ipsius substituto substituti iisdem modis interit substitutio, quibus tollitur institutio. Sic nemo in dubium vocabit eam exspirare, quando substitutus substituto ante institutum vel priorem substitutum moritur. Haereditatem enim nondum aditam et multo magis substitutionem ad haeredes non transmitti, auctor nobis est IVSTINIANVS l. vn. §. 5. C. de cad. toll. Expediti praeterea iūris est, substitutionem frustaneam esse, si testator talem personam elegerit, quae adipiscendae haereditatis plane est incapax et extra dubitationis alcām positum est, substituti substituto aequē ac alii haeredi licere haerditatem sibi delatam repudiare.

T A N T V M.



F

in A. velut. 3. quatuor. 4. quatuor. 5. quatuor. 6. quatuor. 7. quatuor. 8. quatuor. 9. quatuor. 10. quatuor. 11. quatuor. 12. quatuor. 13. quatuor. 14. quatuor. 15. quatuor. 16. quatuor. 17. quatuor. 18. quatuor. 19. quatuor. 20. quatuor. 21. quatuor. 22. quatuor. 23. quatuor. 24. quatuor. 25. quatuor. 26. quatuor. 27. quatuor. 28. quatuor. 29. quatuor. 30. quatuor. 31. quatuor. 32. quatuor. 33. quatuor. 34. quatuor. 35. quatuor. 36. quatuor. 37. quatuor. 38. quatuor. 39. quatuor. 40. quatuor. 41. quatuor. 42. quatuor. 43. quatuor. 44. quatuor. 45. quatuor. 46. quatuor. 47. quatuor. 48. quatuor. 49. quatuor. 50. quatuor. 51. quatuor. 52. quatuor. 53. quatuor. 54. quatuor. 55. quatuor. 56. quatuor. 57. quatuor. 58. quatuor. 59. quatuor. 60. quatuor. 61. quatuor. 62. quatuor. 63. quatuor. 64. quatuor. 65. quatuor. 66. quatuor. 67. quatuor. 68. quatuor. 69. quatuor. 70. quatuor. 71. quatuor. 72. quatuor. 73. quatuor. 74. quatuor. 75. quatuor. 76. quatuor. 77. quatuor. 78. quatuor. 79. quatuor. 80. quatuor. 81. quatuor. 82. quatuor. 83. quatuor. 84. quatuor. 85. quatuor. 86. quatuor. 87. quatuor. 88. quatuor. 89. quatuor. 90. quatuor. 91. quatuor. 92. quatuor. 93. quatuor. 94. quatuor. 95. quatuor. 96. quatuor. 97. quatuor. 98. quatuor. 99. quatuor. 100. quatuor.

## Errata.

- pag. 5. lin. 16. accensēbantur, lege accensentur.
  - p. 11. l. 13. pupillari, l. pupillorum.
  - p. 13. l. 4. vice verſe, l. vice verſa.
  - p. 15. l. 20' et 28, l. 2. §. 1.
  - p. 16. l. 22. corrueunt, l. corruerent.
  - p. 23. l. 20. indicatura, l. indicanda.
  - p. 31. l. 5. declauerit, l. declarauerit.
  - l. 20. vne ore, l. vno ore.
  - p. 33. l. 15. 16. Antonius, l. Antoninus.
  - p. 35. l. 12. adierant, l. adierat.
  - l. 20. deficiunt, l. deficit.
  - p. 37. l. 26. iuris, l. iure.
- Caetera, quae leuiora sunt, B. L. ipse corrigerere non grauabitur.

LUTKAT

**ULB Halle**  
007 368 429

3



vD78







Farbkarte #13

# DISSESSATIO IVRIDICA

D E

# S V B S T I T V T I S V B S T I T V T O

AD §. 3. I. DE VVLG. SVBSTITV T. L. 27. ET PR. L. 41. D.  
DE VVLG. ET PVPILL. SVBSTD.

Q V A M

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

# DOMINO

# FRIDERICO CHRISTIANO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE  
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI REL. REL.

---

Digitized by srujanika@gmail.com

CONSENSU ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

# CONSENSU ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

## PRO LOCO

IN EODEM RITE OBTINENDO

D. OCTOBR. MDCCCLXVIII.

BLEICE TVEBITVR

P R A E S E S

D. IOANNES BVRCARDVS GEIGER

IVR. P. P. ORD.

CVM RESPONDENTE  
IOANNE MARTIN  
VLMENS



ERLANGAE  
EX OFFICINA WOLFGANGI WALTHERI.